



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 117. Calicis usus, ac Sacerdotum connubium a Cæsare postulata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

„usa fuerat, cum ipsis publicæ fidei ta-  
„bulæ haud fuerint datæ ea forma, qua  
„Bohemis concessæ fuerant a Synodo  
„Basileensi, nec iidem ibi satis auditi,  
„VI. Si Pontifex animum præferret  
„resumendæ, continuandæque Synodi  
„Tridenti hucusque suspensæ, in hoc  
„etiam prævalida mihi obstacula obji-  
„ciuntur non ex eo, quod promulgata de-  
„creta impugnare, aut labefactare mens  
„sit; sed quod hujusmodi continuatio  
„fieri non posse videatur præcipue ob  
„protestantes, qui absque dubio audiri  
„volunt de integro, etiam super arti-  
„culis ibi jam sancitis.,,

„VII. Suspensio duntaxat ad bien-  
„nium decreta jam octavum præter-  
„gressa est annum, nulla habita alia  
„suspensione: hinc ampliori gloriæ est  
„futura Pontifici nova Synodi, quæ ab  
„ipso penitus fiet, celebratio, quam  
„pristinæ tamdiu interruptæ conti-  
„nuatio.,,

§. CXVII.

*Calicis usus, ac Sacerdotum conu-  
bium a Cæsare postulata.*

Post ea Cæsar alias adhuc propo-  
nens difficultates ita prosequatur:  
„quoniam igitur tam ardua est Concilii  
„convocatio, ejusque exitus tam am-  
„biguus, cupio audiri a Pontifice men-  
tem



„tem meam de aliis remediis, quæ præ-  
 „termissionem Concilii compensarent: Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.  
 „maxime vero cum omnes Catholici,  
 „quorum nonnullis correctio non placet,  
 „nondum in Synodum propendeant, &  
 „in quovis eventu per annos plurimos  
 „maturefcere fructus non possit, nec ur-  
 „genti indigentia tanta mora tole-  
 „randa videatur, hinc videtur mode-  
 „ramen aliquod in severitate Canonum  
 „exposci ab illius ævi hominum imbe-  
 „cillitate, ac potissimum duabus in re-  
 „bus, quæ sæpius jam fuerunt expe-  
 „ditæ, & quidem earum una a populo,  
 „atque altera a Clero: eæque sunt  
 „usus Calicis Laicis concedendus, &  
 „conjugium Sacerdotibus: porro ex his  
 „prius est in potestate Ecclesiæ, quæ  
 „pro diversa temporum vicissitudine  
 „quandoque calicis usum concessit, quan-  
 „doque prohibuit: circa connubium  
 „vero Sacerdotibus permittendum, id  
 „a me Salisburgensis Episcopus, plu-  
 „resque alii Antistites in quadam Sy-  
 „nodo petierunt. Has difficultates  
 Cæsar scriptas Nuntio, ut ad summum  
 Pontificem illas deferret, tradidit, pol-  
 licitus, quod semper in omnibus se ob-  
 sequentem illius Filium, ac Cæsarem  
 vere Catholicum exhibere, & nullo un-  
 quam pacto ab utroque hoc officii sui  
 genere deflectere velit.

*Hist. Eccles. Tom. XLIII. G g §. CXVIII.*